e-codices

nō iis quorū laus emori nō potest.
Quā obrem ut improbo: & stulto: & inerti nemini bene esse potest: Sic bonus uir et sapiens et fortis miser esse nemo potest.

EX QVARTA PARADOSSA.

QVICQVID NON op3: scelus esse: quicquid nō licet: nefas putare debemus. etiam ne in minimis rebus.

EX QVINTA PARADOSSA

NIHIL Neq; meū est neq; cuiusq; quod auferri quod eripi quod amitti potest. Si mihi eripuisses diuinā animi mei constanciā: meas curas: uigilias: consilia: si rem pu. si huius eterni beneficii inmortalē memoriā deleuisses: multo etiā magis si illam mentē unde hec consilia manarūt: mihi eripuisses: tū ego accepisse me confiterer iniuria: Sed

Licenza: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 172, f. 100r – Anthologia latina
(http://www.e-codices.ch/it/fmb/cb-0172/100r)